

Wd
975

F. 4.

In
m
-h
-h
on
-e

D
8
ri

N

P
A
re



J. H. 26/16

*de Altenburgo Friderici II. Duc. Sax.
Gobli. Praesentia sereno*

Wd
975

IV.

TOT VOTIS TOTQUE PRECIBUS

Expetitam

Augustissimi Patris Patriae,

PRINCIPIS SERENISSIMI AC DOMINI,

DOMINI

FRIDERICI,

Ducis Saxoniae, Iuliaci, Cluivae et Montium, An-
grivae quoque et Westphaliae, Landgravi Thuringiae,
Marchionis Misniae, Principis Hennebergici, Comitis
Marcae et Rauensbergiae,
Dynastae Rauensteinii et Tonnae,

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,

Nutritii Musarum Incomparabilis, bonis in rem quoque
Scholasticam omnibus futuram Praesentiam

Mente deuotissima, voce supplici exosculabuntur

Tres Artis Oratoriae Tirones,

Quos ut gratiose et benigne audiant

Perillustres Aulae Purpurati, Eminentissimi Ducatus
Altenburgensis Proceres, Magnifici Scholarum Inspectores,
Reuerendi rerum sacrarum Antifites, et omnes ac singuli elegantiorum
Musarum Patroni, Fautores et Amici,

Sub debiti cultus lege et obsequiosa compellatione

inuitat

CHRISTIANUS FRIDERICUS WILISCH,

Illustris Gymnasii Fridericiani DIRECTOR.

ALTENBURGI, Litteris Rectorianis.



A. D. A. M.

COeli serenitatem in boni vbique ominis vicem habebant veteres. Proinde quicquid rerum suarum felici successu fieri, et optimis omnino auspiciis geri volebant, sereno die, et nulla nebula suffuscato sole agi omnia malebant. Praesertim cum ad Principem laudandum non parum facere coeli clementiam crederent, solis quippe serenitate deorum quoque fauorem metientes, solem deuote compellabant, rogabantque, vt laetum diem producat et serenum. Hinc *Olybrii* et *Probrini* *Cosm.* laudes decantaturus *Cl. Claudianus*, Poeta grauisimus, ita statim praefatur:

*Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis
Voluis inexhausto redeuntia secula motu,
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato surgant temone iugales
Efflantes roseum frenis spumantibus ignem.*

Quae feliciter hunc in modum imitatus est non infelicis olim ingenii vates, *Venantius Fortunatus* L. VI. carm. 2. in nuptias *Bruncbildis* et *Sigeberti* Regum:

*Felicem, Sol, pande diem, radisque serenis
Sparge comas, thalamos sincero lumine complens.*

Nolo plura hic, quae obuia sunt, optimorum auctorum testimonia de coeli serenitate, numero boni ominis olim habita, referre. Alia nobis in praesens adfulget *Serenitas*, de qua exultim omnes laetantur. Quippe alius

*--- Inbar axe sereno
Emicuit, potisque pio sese obtulit orbi,
Lactificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruscantem lux auget et altera lucem,
Cum terris gaudente polo.*

Multis vero iam abhinc seculis non Imperatores solum, sed et magnos Principes dictos fuisse *Serenissimos*, prolixè inter alios demonstrauit *Cosm. Barthius*. Inde et nostris regionibus vera serenitas, radiis suis omnia vndiquaque coruscans. Nam inter moenia nostra iam videmus *Serenissimum* PRINCIPEM ac Dominum, Dominum **FRIDERICUM**, Ducem *Saxoniae, Juliaci, Cluuiæ et Montium, Angriae* quoque *et Westphaliae, Landgrauum Thuringiae, Marchionem Misniae, Principem Hennebergicum, Comitem Marcae et Rauenbergiae, Dynastam Rauensteinii et Tonnae, Dominum nostrum Clementissimum*. Hoc oriente Sole, omnia nobis nunc sunt serena. Quae *Petrus Pictaviensis* scite admodum commemorat, PRINCIPIS sui aduentu ad *Aiam Insulam*, subitam factam esse serenitatem, vix mihi tempero, quin hic recenscam:

*Dum placet Aiensis, Pastor pie, disere fratres,
Obsequium praestant ipsa elementa Tibi,
Totus opertus eras pluuiis Austrabilibus aether,
Ut Tua vela videt territus imber abie.
Ne tumidae fierent, facuis Aquilonibus, undae,
Mox ubi eas intras, ventus et aura fugit.
Multa polum nubes caligine texerat atra,
Te scandente ratem, cuncta serena patem.*

Nam

Corippus L. IV.
de Laudibus
Iustiniani d. Mi-
noris.

Advers.
L. CXLIII. c.
3. et in Ani-
maduers. ad
Papin. Statii
Thebaid L. V.
p. 301.



Nam obduſtae non tantum coelo nubes contegebant ſolem, ſub
 exoptatiſſimum amabiliſſimi PRINCIPIS aduentum, et largum
 imbrem excutiebant procellae; ſed Sol etiam paulo poſt deficiebat,
 et omnem pene ſideris ſui condebat nitorem. At nunc liquidior
 lux adparuit coelo, et tantam tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcus-
 ſit. Vernantis etiam aeris temperie reſident omnia, dum coelum
 ſerenis enitet vultibus. Diſcuſſae ſunt nebulae: tempeſtas deſae-
 uiiit, et mutata repente facie eo laetius nitescunt nunc omnia: e-
 micant flores, pubeſcunt prata, frondent arbores, adflant fauonii,
 ventilantur aerae, ſaliunt vndae, et murmure grato ſenſibus homi-
 num animisque blandiuntur. Sic ipſa coeli ſerenitas laetiſſimo
 quaſi conſenſu, hac potiſſimum tempeſtate, amabiliter conſpirat
 cum PRINCIPIS tanti Serenitate, qua vtraque et Muſae noſtrae ad
 communem ac publicam vbique laetitiarum ſocietatem excitantur.
 Merum ſerenumque diem ſomnum mouere, vnde et meridianum
 quoque ſomnum ſerena praefertim aeſtate aegrius caueri monet
 Jo. Climacius. Aſt nobis non item. Nam quo ſerenior dies, eo ala-
 criori animo diuinam hanc Serenitatem proſequimur. Socrates,
 Philoſophorum inter ethnicoſ facile princeps, mane immotum ſem-
 per ſteſiſſe, et irretortis oculis coelum adpexiſſe fertur, donec ite-
 rum ſalutaret reſurgentem ſolem. Et qui Nouam Zembiam in vterio-
 ri Moſchorum confinio incolunt, furibundi quaſi prouunt in occurſum
 orientis Solis, et diuino eum cultu excipiunt, velut amplius iſtum
 nunquam viſuri, quippe cum in hiſ quoque, vt in ultimis aliis ad Se-
 ptentrionem locis vergentibus infrequens admodum ſolis ortus, nec
 adeo diuturna ſerenitas eius eſſe ſoleat. Nobis quo rarior, eo cari-
 or tanti Solis adſpectus. Cuius radii cum ſubita morbi vehemen-
 tioris nube obduci nuper et tantum non obfulcari viderentur, quan-
 tiſ cheu! (meminiſſe quod horreo) planctibus lamentiſque, quanto
 ploratu et miſerabili vbique gemitu tota perſonabat regio: *mox velut
 in vaſta ſolitudine et denſiſſima ſolis eclipſi, omnia triſti ſilentio muta torpebant.*
*ad cogitationes, quid deinde futurum eſſet, dolore conuerſo. Vagi incolae, et ſurentibus
 ſimiles totam urbem luctu complebant, vnguibus laniantes ora, nullis queſtibus omiſſis,
 quos in tali caſu dolor ſuggerit. Nec moeſtorum ſolum, ſed indignantium quoque exaudie-
 bantur voces, tam viridem, et in flore aetatis fortunaque PRINCIPEM fati inuidia eri-
 pi nobis, rebusque humanis. Alii enim, niſi quibus Alexandri mortem de-
 ſcripſit Curtius, tantum luſtum hic delineare vix potui. Aſt depulſa
 hac nube, clarior ire nunc coepit dies, quem floribus ſcribant Ho-
 rae, et in ſecula mittant memores Faſti. Hunc enim laetabundo
 prehendimus animo, hunc velut ouantes amplectimur, et venera-
 bunda mentis religione exoſculamur. Hunc merum, hunc pul-
 chrum diem nobis ſumamus hilarem. Peruulgatum Gladiato-
 rum genus erat apud Romanos, qui ideo dicebantur Meridiani, quo-
 niam ſub meridie edebant ſpectacula. Quid vero Muſis noſtris
 cum gladiatoribus? Alii nobis ſunt Meridiani, alia palaeſtra, non
 gladiis, ſed precibus piisque votis ac ſupplicationibus pro omni ge-
 nae Tanti PRINCIPIS ſalute deſtinata. In hanc prodibunt ſub me-
 ri-*

Gradu Scala
 ſuae XXVII.

Marſi. Fici-
 nue de ſole. e.
 12.

Soli autem
 qua ratione
 ſi Principis
 comparandi
 ſunt, prolixè
 demonſtrauit
 Petrus Faber
 Semella. LIII.

FK Wd 9715

ridiem, sub meri, inquam, huius diei horam tertiam, tres iuvenes, et generis nobilitate et ingenii praestantia florentes, equestri dignitate conspicui,

IOACHIM ERNEST. aBEUST.

IO. SIGISMUND. a METZSCH.

IO. CHRISTOPH. a POICK.

Quorum ille PRINCIPIS Pii et Felicis, aduentum auspiciatissimum omnibus fore ominabitur; *alter* publica, quae nunc aguntur, Comititia gratulabitur ciuibus; *hic* nostri Gymnasii tutelam ulterius commendabit Principi, Clementissimo in Musas FRIDERICO, omnes vero ac singuli, pro virium quisque modulo, prompta memoria preces ad DEum ardentissimas pro aeternatura Solis huius Serenitate effundere certabunt. Templum enim huius Solis tutius nobis praestabit asylum, quam *Alagabalo*, Imperatori Romanorum ignauissimo, qui a Sole *Heliogabalus* appellari voluit, et in Solis templum, veluti asylum, confugit, ne a *Macrino* quodam interficeretur. Quare exaudi quaecumque Te, oramus supplices, o! Sol aeternae aeternae benignitatis Tuae radiis omnia collustrans, serua hanc nobis SERENITATEM propriam et perennem, ne villa posthac malorum nube obducatur. Tantam *Alexandriae*, vrbis Aegyptiorum primariae, salubritatem olim fuisse iactitant incolae, vt nullo fere die solem serenum

Mich. Piccarus Observat. Hist. Polit. Dec. XV. c. 1. p. 133.

Jo. Laurentii Polymath. p. 317. a.

Carolus a S. Paulo Geogr. S. p. 256.

Claudianus Laudem cecinit *Serenae* p. m. 54. edit. Barth.

Ita ad Coniugem *Fausinam* rescribat *Marc. Antonius* Imp. monitus ab ea ut a facta conspiratione sibi caueret, vid. *Valentius Gallicanus* in vita *Avidii Cassii*.

non viderent, propter aerem perpetuo ibi tranquillum. O si tantum preces nostrae valerent, vt Solem hunc non nisi serenum vbiq; locorum nobis liceat videre. Laudent alii et ad coelos efferant vxorem *Stiliconis*, *Theodosii* ex fratre neptem *Pierio* meritam seruo redimere SERENAM.

SERENAM, o! Serenissimam Serenisfimi PRINCIPIS Coniugem, MAGDALENAM AUGUSTAM, augustissimam tot Principum Matrem non laudamus, (nam supra omnium laudes est posita) sed Deo, tutori optimo, commendamus precibus, rogamusq; vt ad suavisimos ipsius amplexus redire tandem omni ex parte incolumem iubeat Serenisfimum CONIVGEM, reddatq; eiusdem vlnis PRINCIPIS Filios Serenissimos, FRIDERICVM et WILHELMVM, Patriae delicias et felicissimos paternarum virtutum heredes, quorum vel ad spectu eximie ciues nostri adhuc recreantur. Secura interim esto Serenissima PRINCEPS de CONIVGE Serenisfimo! Deus eum tuetur: Deo pietas eius cordi est. Et sic felix ad eam redibit PRINCEPS Serenissimus, si quod fatis erit, subditos suos et ciues omnes fuerit praesentia sua solatus. Tuusque tantis suspiriis, quot piis votis ac precibus comitabimur hunc Optimum, Piissimum PRINCIPEM, ingenti nobis sui desiderio relicto! Vos interea, Purpurati et eminentissimi Proceres, Excellentissimi rei litterariae Curatores, Reuerendi Sacrorum Antistites et quotquot Scholarum incrementa desiderant, si nostram in Tantum PRINCIPEM ratam habebitis pietatem, et audiendi gratiam ac benignitatem nostratibus non denegabitis, multum erit, de quo gaudebimus in sinu! P. P. Mense Maio.

A. R. S. cblcccxv.

ULB Halle
007 234 783

3



VD 18



J.H. 25/76

de Albenbergo Frederici II. Duc. Sax.
Goth. Insuperbia sereno

Wd
975

IV.

TOT VOTIS TOTQUE PRECIBUS

Expetitam

Augustissimi Patris Patriae,
PRINCIPIS SERENISSIMI AC DOMINI,

DOMINI

FRIDERICI,

liaci, Cluiviae et Montium, An-
Westphaliae, Landgrauii Thu-
nis Misniae, Principis Henne-
s Marcae et Rauensbergiae,
auensteinii et Tonnae,

STRI CLEMENTISSIMI,

omparabilis, bonis in rem quoque
ominibus futuram Praesentiam
a, voce supplici exosculabuntur
Artis Oratoriae Tirones,
gratiosè et benigne audiant

urpurati, Eminentissimi Ducatus
res, Magnifici Scholarum Inspecto-
m Antistites, et omnes ac singuli elegantiorum
Patroni, Fautores et Amici,
lege et obsequiosa compellatione

inuitat

S FRIDERICUS WILISCH,
nasii Fridericiani DIRECTOR.

BLIRGI, Litteris Richterianis.

